Gregorius eps seruus seruorum dei. Dilectis filijs Vniuersis et singulis Rectoribus Vicarijs Officialibus Vniuersitatibus et singulari
bus quibuscumque personis et presertim in Marchie Anconitan Massetrabarie ac Romandiole ac aliarum quarumcumque Prouinciarum Ciuitatum Terrarum Ca
strorum et locorum nobis et Roman ecclie quomodolibet subiectorum ac Capitaneis et Marescallis quarumlibet gentium armigerarum ad nra et ecclie Roman stipendia ubi
cumque militantium ac gentibus ipis tam equitibus quam peditibus ad quos presentes littere nre peruenerint Salt et aplicam ben. Ex certis iustis et ra
tionabilibus causis animum nrm ad hec mouentibus volumus et Vniuersitati nre ac nrm singulis presentium tenore districte precipiendo mandamus quatinus
contra Vniuersitate ac singulares personas Terre nre Montissancti Firman dioc Territorium uel districtum habitatores uel Incolas res uel bona eorum
uel alicuius eorum ubicumque existentia ad alicuius uel aliquorum instantiam seu mandatum etiam Rectoris Prouincie nre Marchie Anconitan seu Curie gene
ralis dicte Prouincie aut Iudicis ordinarij uel delegati uel alterius cuiuscumque quacumque auctoritate etia aplica absque speciali nra licentia et mandato de presentibus
plenam et expressam facientibus mentionem non possint uel debeant offensionem aliquam realem uel personalem seu mixtam per se uel alios facere uel fieri facere
aut facientibus directe uel indirecte prebere auxilium consilium uel fauore sub pena excommunicationis in personas et interdicti in Ciuitates Terras et loca sed Vni
uersitati et singularibus personis dicte Terre Montissancti ad omnem ipsorum requisitionem assistant et faueant quibuscumque consilijs auxilijs et presidijs oppor
tunis etiam hostilibus contra quoscumque etiam si Rectores seu Officiales nri et eiusdem ecclie in Marchie prefate aut alijs Prouincijs Ciuitatibus Terris
et locis nobis et eidem ecclie suppositis uel alibi ubicumque existerent Terram Territorium districtum Vniuersitatem uel singulares personas predicta uel eorum
aliquae res uel bona quomodolibet offendentes aut per se uel alios offendere presumentes. Constitutionibus aplicis et dicte Prouincie promissionibus ac iu
ramentis forsan factis et prestitis et alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Nos enim exnunc auctoritate aplica a promissionibus
huiusmodi quoslibet obnoxios liberamus et iuramenta quelibet relaxamus. Dat Rome apud Sanctumpetrum viij kl Maij Pontificatus nri Anno Primo.

De Curia.

Jo. de Montepolician.



R adm[?]ltrue mandati offensio fiat s[?] Coe a Pontiff[?]

+

Salvocondotto p[er] La serra di M.te Sant[?]

Greg.o XII.

N.o ~~21~~ . 19

In Camera